5.ratio nauē cōpaginātis aut naui facta vtētis. ¶ 5°.
Materia p dispositionē simplicit necessitari
pōt. et magis respectu forme elemētaris. que
pfuit imediāte aliquā. q̄ respectu alteri⁹ puta
mixti. vel aīati: q2 eo casu vt dū aer mouetur
ad ignē remota forma elemētari q̄ est prima
nulla remanet: remota ꝑō forma mixti ad/
huc est imaginabile remanēre formā elemē/
ti pcipue ponēdo formaꝝ pluralitatē. Tunc
sic p quācunqȝ actionē mā simplr necessitari
pōt ad formā aliquā exclusa elemētari. p idē
agens. i. eliciens illā actionē talis forma pōt
induci: q2 ad actionē illā necessario inducit
forma: aliogn illud agens quātū fuit ex se: vł
ex parte sui expoliauit materiā oī forma. et si
8.phis. ne oī forma esse fecit vñ expresse dicit com. 7°
text.cō. meth. co. 22. q esse nō pōt aliud agēs qd for/
32. mā inducat: et qd disponat materiā. Sz p so
lam calefactionē ignis necessitari pōt mā ad
aliquā formā: q2 per eam induci pōt calor in
fumo: qui stare nō pōt cū alia forma que pre
fuit puta cū forma aeris aut palee. Ergo per
solā calefactionē induci pōt talis forma ab
6.ratio igne. ¶ 6°. Si forma elemētaris sit principiū
cōicandi se imediāte in vnitate specifica. non
erit rō quare forma celestis nō sit imediatū prīci
piū cōicādi se i vnitate generis: vel analogie
precise: q2 agens equiuocū perfectius habet
in se suū effectū q̄ vniuocū: et cōñr celum per
suā formā subalem generabit imediante oīa
ista inferiora. Sz cōñs est falsum: q2 generans
et gnālr oē mouēs imediatū opz eē cōiunctū
genito. et mediato. vt pz 7. phi. tex. co. x. celū
aūt nō cōiungit istis imediāte p suā formam
substantialem: sed per aliquam. virtutem in
fluxam elementis.
instantia ¶ 3°. Illā dicit q in generatiōe prius ē distin
ptra. 5. guere q̄ assimilare. ¶ Contra. Illā si eēt pri⁹
pietum in esset hz cōsequentiā: q2 nō apparet alius mo
sco. ibid. dus prioritatis ex his quos phi assignāt. Sz

cōñs est falsū: q2 formā que assimilat in quā
tum forma vt pz. 5. metha. tex. co. 16. et 17. est
prior hz cōñam q̄ actus: q2 oīs forma est act⁹
nō e cō°. cū ipm cōpositū sit actus et nō forma
omne. n. ens est potētia vel actus: cū ista diui
dant genus omne entis et ens. 5. metha. ti. co. f
Tem. di. 8. q. i. Querit vtrū deus sit q̄ dñr a
summe simplex. et tenet q sic. sz deficit sco. di. 8
i multis. ¶ Primo. Illā dicit q sim/ q. pria.
plicitas est perfectio simpliciter. ¶ Cōtra p°. instantia
Nam lz simplicitas fundet in pfecto. tñ for/ ptra p/
maliter dicit priuationē. vel negationem: qd mū dic
pz: q2 simplex. et cōpositū opponunt: et nō re tū scoti
latiue vt pz: nec cōtrarie: q2 cōtraria sunt sub ibidem.
vno genere. sicut spēs imediate et specialissi/ pria rō.
me. simplex aūt et cōpositū in nullo genere sūt
sicut due spēs ei⁹ imediate. aut specialissime.
¶ Itē cōtraria sunt solū in generibus accidē/ cōfirma
tiū: simplex aūt. et cōpositū sunt et in genere tur.
sube. ¶ Itē vnū ptrariū non psupponit aliud. cōfirma
vel includit. sicut cōpositū psupponit. vel inclu/ tur.
dit simplex. Ergo opponunt priuatiue. vel cō
tradictorie. Et cōñr cū istud cōpositū non di/
cat formaliter negationē. sed ponat compo
nentia. et cōpositionē. simplex dicit priuatio
nē: aut negationē cōpositi. ¶ 2° Illud nō dicit scōa rō
pfectionē simpliciter cuius cōpositū dicit pfe Uide
ctionē vniuersalius q̄ ipm vt pz ex declara/ sco. i p°.
tionibus pfectiōis simplr. in priore p°. di. 2. sen. di. 8
q. i. et 2. Sz cōpositū vniuersalius dicit perfe/ q. i. et 2.
ctionē q̄ simplex. vel simplicitas: q2 nūq̄ est de hoc
compositio in re sine pfectione inclusa: est ām ipse loq/
in re aliqua simplicitas p hoc q excludit oīs tur.
pfectio vt pz in materia prima. ¶ Si dicatur Euasio
q ipsa est cōposita ex positiuo. et priuatiuo: Impu.
¶ Cōtra hoc vide. q. sequēti. ¶ Si dicat etiā Euasio
vt iste dicit hic q pfectio simpliciter cōuenit
materie prime. ¶ Cōtra q2 ipsa esset qd sim/ Impu.
pliciter pfectū: q2 sicut pfectio denominat p/
fectum illud in quo est. ita maior pfectio ma/
gis perfectum: et perfectio simpliciter pfectū
simplex: et cōsequenter in mūdo nihil esset im
perfectū cū nihil sit prima materia imperfe/
ctius: et cōñr et ipsa esset simpliciter ens cōtra
Ari. 5. phi. tex. co. 8. idē 12. metb. co. ii. q vult

3. ratio. q ens in potentia simpliciter sit nõ ens. ¶ 3°. Il-
lud non est perfectio simpl' ex quo nõ infert
aliqd esse pfectũ vt p3 ex dictis. S3 simplici/
tas est huiusmodi: q2 non sequitur. hoc ẽ sim
plex ergo perfectũ: cũ esse simplex 9ueniat et
4. ratio enti rõnis. ¶ 4°. Si simplicitas sit pfectio sim
pliciter. nulla perfectio poterit negari esse p/
fectio simpliciter: quia omnis pfectio est sim
plex cũ ois perfectio sit forma substãtialis. vl'
accñtalis: q2 omne animal est pfectũ. vel pfe/
ctibile. & nõ perfectio. S3 9ñs est falsum: aliõ
quin omnis perfectio esset perfectio simplici
ter. quod nullus concedit.
istantia ¶ 2°. Nã pdicta falsitas cogit eũ in aliã ca/
9tra se/ dere. Dicit. n. q quãdo anselmus dicit i mo/
cundu3 nolo. q de rõne perfectiõis simpliciter est q
dictum ipm est melius q̃3 nõ ipsum. nõ intelligit qua
sco. di. 8 si perfectio simpliciter sit qd melius suo 9tra
q. pria. dictorio tñ: q2 sic omne positiuũ est meli' q̃3
Ratio. nõ ipsu3. i. quolibet. suo incõpossibili. ¶ Cõ/
tra. Nã expresse anselmus exponit q p nõ ip
sum nõ aliud intelligit q̃3 9tradictoriũ: vnde
sic dicit. Ipm aũt & nõ ipm nõ aliud dico q̃3
vnũ nõ vnum: corpus no corpus. l3 aũt om/
ne positiuũ sit melius q̃3 non ipm. non tñ est
melius in quocunq3 esse ipsũ q̃3 nõ ip3. puta
in homine esse lapidem q̃3 nõ lapidem.
istantia ¶ 3°. Nã dicit q forma informat materiam
9tra. 3. virtute agentis. ¶ Contra. Qd est tale. q nulli
dictum magis q̃3 ipsi cõuenit. informare materiã:
sco. ibi/ nõ informat virtute alteri': q2 pp qd vnũqdq3
de3. & illud magis est. Sed forma est huiusmodi
Ratio. q2 ei soli conuenit informare. ¶ Si dicatur q
Euasio agens magis informat effectiue. & nõ forma
Impu. liter: ¶ Contra: quia forma non informat ef/
fectiue. sed formaliter: & ideo non informat
effectiue virtute agentis.
q̃ dñr a Tem. di. 8. q. 2. Querit vtru3 aliqua
sco. di. 8 creatura sit simplex. & dicit: q om/
q. 2. nis creatura est componibilis alte/
ri. & q ois creatura est composita. non ex re/
bus. sed q2 habet entitatem cũ priuatiõe alt/
cuius gradus entitatis. qui potest conuenire
enti: sicut talpa priuatur visu qui potest con
uenire animali. licet non talpe. ex. 5°. metha.
tex. co. 27. Deficit aũt in multis.
¶ Primo in eo q dicit omnẽ creaturam ex istantia
positione & priuatiõe cõponi. ¶ Cõtra qd ar 9tra p/
guo primo. Nam sm hoc ois creatura esset mũ dic
cõposita quasi ex infinitis. q2 omni creature tũ scoti
ad sensum istius insunt priuationes infinite ibidem
infinitorũ aliorum entiũ productorũ. vel pro/ pria rõ.
ducibiliũ. S3 9ñs est falsum: q2 nulla creatu
ra perfecte cognosci posset. nisi a cognoscẽte
infinita entia: cũ nõ cognoscatur compositũ.
nisi cognitis cõponentibus. ¶ 2°. na3 cognita scda' rõ
vna creatura cognoscerentur omnes: q2 co/
gnoscerentur omnium priuationes & conse/
quenter oium habitus. ¶ 3°. Nam aliquid cõ 3. ratio
poneretur ex aliquo. & nihilo: q2 priuatio 9/
tra positiuũ in quo fundat. nihil dicit extra i
tellectum cum sit negatio que vt sic nihil di/
cit. ¶ 4°. Nã si ista compositio esset extra itel/ 4. ratio
lectum esset in essentia creature: quia omnis
compositio est i composito. cu3 nõ subsistat.
nec sit in simplici: quia illud denominaret 9/
positum. Sed non est in essentia creature p3
istum hic: ergo non est in rerum natura. ¶ 5°. 5. ratio.
Aut illud cõpositũ est positiuum: aut non.
¶ Si sic: igitur positiuum non potest compo
ni: nec intelligi sine priuatione cum ipsa sit
altera pars: & consequenter priuatio esset de
essentia positiui: cum vnumquodq3 intelligi
possit sine eo quod nõ est de essentia sua. ma/
xime si sit substantia. ¶ Si dicatur q non est
positiuum: igitur non est proprie creatura:
& consequenter nulla creatura dicitur sic cõ/
poni. Et si dicatur q ista compositio est in p
pria: dico q verum quidem est: sed tñ hoc ẽ
contra istum dicentem q propter istam com
positionem nulla creatura est perfecte sim/
plex. Nam propter hoc q vnum opposito/
rum alicui inest improprie. non debet nega/
ri alterum inesse proprie: imo est necessariu3
inesse proprie quando est necessarium vnum
eorum inesse proprie: Ergo propter hoc q
creatura est composita improprie non tolli/
tur quin sit verũ & proprie simplex: & conse/
quenter perfecte simplex: licet non eque vt de
us. qui etiam non est componibilis alteri.

Instantia contra. secundum dictum scoti di. 8.q.2. prima ratio

¶ 2°. Nam dicit quod ad istam compositionem etiam sequitur compositio actus et potentie obiectiue: quia quicquid est ens et caret aliqua perfectione est simpliciter possibile. et terminus potentie. ſ Contra. Quecunque enim sunt omnino idem non componunt. Sed actus et potentia obiectiua sunt omnino idem quia nihil est in creatura quod non sit simpliciter possibile: quod etiam patet in substantiis supernaturalibus. que sunt actus. et antequam essent erant potentia obiectiua .i. terminus potentie productiue ut patet ex his que iste dicit in 2°. di. 12. q. 1. ſ 2°. Angelus est in potentia obiectiua respectu non esse. Quero igitur utrum talis potentia sit aliquid in angelo ex parte sua aut sit potentia ambulatiua dei aut potentia logica que est non repugnantia terminorum. Sed non est dare primum: quia angelus per se esset corruptibilis: quia habens potentiam ad non esse. Ergo est dare secundum. et consequenter talis potentia non componit cum re. vel actu. Aut est dare tertium: et sequitur idem: quia talis repugnantia est solum in intellectu. ſ 3°. si ad compositionem habitus et priuationis sequitur compositio actus, et potentie obiectiue: quero de isto actu utrum sit simplex. et similiter utrum simplex sit ista potentia. vel certe non: sed sit in his compositio habitus et priuationis. Si sic: igitur non omnis creatura est composita. ut iste dicit Si vero non sed est in his dicta compositio: ad ipsam sequitur alia compositio actus et potentie obiectiue: de quibus iterum quero ut supra. Et sic. vel ibitur in rebus in infinitum. vel erit aliqua simplex.

secunda ratio

3.ratio.

Instantia contra. 3. dictum sco. ibidem prima ratio

¶ 3° Nam dicit partem capi uno modo sic ut totum captum sit pars capientis: sicut species capit genus: et hic potest concedi esse relatio capientis ad captum realis. ſ Contra p°. Nam secundum hoc inter hominem. et animal esset relatio realis capientis. Sed consequens est falsum: ſ P° quia animal quod ab homine capitur est idem realiter homini: animal autem aliud ab homine ab eo non capitur. ſ 2° quia si animal esset pars capta ab homine: non predicaretur de homine affirmatiue quia non esset idem homini omnis autem propositio affirmatiua significat subiectum esse idem predicato. ſ 2° principaliter omnis relatio realis habet extrema realia realiter distincta secundum istum

secunda ratio

p°. di. 3. q. 1. Sed species et genus non distinguuntur realiter: quia unum de alio predicatur idem per se et formaliter. Ergo etc.

quid dicit scotus di. 8 q. 3.

Item. di. 8. q. 3. Querit utrum cum simplicitate diuina stet deum esse in genere: et dicit quod non. Sed deficit in multis specialiter quia dicit quod in aliquibus creaturis genus et differentia sumuntur ab alia. et ab alia re: sicut ponendo plures formas in homine animal accipitur a sensitiua. et rationale ab intellectiua. Et tunc illa res a qua accipitur genus vere est potentialis. et perfectibilis ab illa re a qua accipitur differentia. Aliquando ibi non sunt res. et res sicut in accidentibus. etc. Hec ille. cum multis aliis contra que dictum est supra. di. 5. q. 3. Uide ibi argumenta diffuse: et hic huius opinionem diffusissime.

quid iterum scotus dicit di. 8. q. tertia.

Item. di. 8. q. 3. pertractat materiam illius questionis utrum cum diuina simplicitate. stet deo. et creature esse aliquid uniuocum: et tenet quod sic. et deficit multipliciter.

Instantia contra primum dictum scoti ibidem]

¶ Primo: nam dicit deum. et creaturam non esse primo diuersa in conceptibus. sed in realitate. ſ Contra. Nam quecunque in nullo conceptu uniuoco conueniunt sunt primo diuersa in conceptibus: alioquin .x. genera que conueniunt in ente non essent p° diuersa in conceptibus contra com. Sed deus et creatura sunt huiusmodi ut probatum est ergo etc. ſ 2°. Si deus et creatura non essent p° diuersa in conceptibus nulle creature essent p° diuerse in conceptibus: quia maior est differentia inter deum conceptum et creaturam conceptam quam inter quecunque creata concepta sub propriis conceptibus: quod patet primo: quia propositio qua negatur creator a creatura mediante conceptu proprio est verior quam ubi negatur creatum de creato: quia extrema distant magis. ſ 2° quia opposita affirmatio est magis falsa propter minorem extremorum identitatem. Sed secundum istum in rebus creatis est inuenire duo p° diuersa etiam in conceptu sicut differentie ultime: vel realitates a quibus sumuntur ut patuit. Ergo multo magis deus. et creatura sunt primo diuersa etiam in conceptibus.

prima ratio.

secunda ratio

istantia ptra h3 dictum sco.di.8 q.3.

¶ 2°. Nã dicit q cũ qs intelligit hoc. vel illud Bonũ ipsum bonũ essentialr intelligitur vt pars coceptus.indistincte.et in vniuersali. ¶ Cõtra. Nã lz intelligẽdo hoc bonũ intelligat qs bonũ.nõ tñ indistincte. et in vniuersali.s3 vt cõtractũ est ad hoc bonũ:alioquin qñ pcipit hoc bonũ intelligeret bonũ multis modis.et simul in intellectu essent duo cõceptus. et due intellectiones.et duo obta:q2 vt cõtractum ad hoc nõ est cõe.nec intelligit vt cõe: nisi virtualiter:quia scilicet conceptus cõmunis virtualiter manet in minus comuni.

istantia ptra .3. dictum sco.ibidem.

¶ 3°. Nã dicit cõceptu3 boni independentis esse pfectissimũ cõceptum naturalem de deo. Cõtra.et h3 eũ. Nã ipse dicit.di.3.q.5.õ q ẽ cõceptus entis infiniti. ¶ Si dicat q ide3 est cõceptus entis infiniti.et boni independẽtis.

Euasio impug.

¶ Cõtra q2 põt quis esse certus q deus sit bonũ independẽs.et dubitare vtrum sit bonum infinitum intensiue.

istantia ptra. 4. dictum sco.ibidem.

¶ 4°. Nã dicit q cõceptus rei puta albedinis cũ modo suo intrinseco absq3 certo gradu est cõis:et cõceptus eiusdẽ cũ illo modo puta cũ tãto gradu est ppu°.et pfectus:et possunt accipi a realitate et modo:ita q h3 intellectum istius:si tñ põt intelligi:extra aia3 sunt tria.s. res. realitas.et modus realitatis.et q̃lib3 extra aia3 distinguit ab alio.

pria rõ

¶ Cõtra p°. Diuisio.n.entis in rẽ et rõne3 erit notabiliter insufficiens:q2 mediat realitas.et modus.

scda rõ

¶ 2°. Nã sicut ponit modũ realitatis qui nõ est realitas:ita erit ponere modũ rei qui nõ sit res: et modalitatẽ modi que ad illũ se habet vt realitas ad rẽ.et sic in aliq̃ vna essentia simplici hẽbim°.Quinque rẽ.s.modũ rei:modalitate3 illius modi:et realitatẽ:et modũ realitatis.

istantia ptra qntũ dictũ sco.di.8 q.3.

¶ 5°. Nã dicit ens deo cõueniens prius esse infinitũ q̃ sit hoc. ¶ Cõtra p°. Nã sequeret q infinitas pueniret enti in cõi:p° q2 ens cui pri° pueniẽt infinitas q̃ singularitas est ens i cõi: cũ ois entis acceptio sit entis in cõi.vel i particulari. siue vt ẽ hoc.

pria rõ

¶ 2°.q2 dicẽdo hoc ens nõ dico nisi duo.s.ly ens.et ly hoc:vñ si hoc ens est infinitũ est rõne primi tm.vel secundi tm.vel vtriusq3. Et si est secundũ. vel tertiu3 nõ prius est infinitũ q̃ hoc:et si est primũ.igr enti vt distinguit cõtra hoc cõuenit infinitas. Et pñr enti in cõi. S3 pñs est falsum q2 omne ens esset infinitũ. ¶ 3° principaliter qcqd ẽ pfectissimus cõceptus rei.est de ea inquãtum est hoc:q2 quãdiu ignorat in particulari nõ cõcipit pfecte. S3 h3 istũ pfectissimus ccept° de deo est cõceptus infiniti. Ergo ipse habet de deo inquantum est hoc.

scda rõ

Tẽ.di. 8.q.5. Querit vtrũ cũ diuina simplicitate possit stare distinctio pfectionũ essẽtialiũ.pcedẽs aliq° modo oẽ3 actũ intellectus. Est aũt circa hoc sua opinio ista. Inter pfectiones diuinas essentiales nõ est tñ differentia rõnis:hoc est diuersorũ modorũ cõcipiẽdi idẽ obu3 formale: talis enim est inter sapiẽtẽ.et sapiẽtiã.et vtriq3 maior est inter sapiẽtiã.et veritatẽ:nec est ibi tm differẽtia obiectorũ formaliũ in intellectu: q2 illa nunq̃ est in cognitiõe intuitiua vt argutũ est.nisi sit in obiecto ituitiue cognito. Est ergo ibi tertia distinctio pcedens intellectu3 oi modo.et est ista.q sapiẽtia est in re ex natura rei.et bonitas est in re ex natura rei:sapientia aũt in re formaliter nõ est bonitas in re Est ergo aliqua nõ idẽptitas formalis ex pte rei hec ille in forma.hanc et opinionẽ aliqui scotiste sic declarãt vt aureo. Sapiẽtia.et iustitia.et hoc formalitas.ac rõ sunt vnũ.et nõ oino vnũ.i.nõ in primo modo p se. q̃si vnu3 in recto sit alterius ccept°: vñ ois attributa sunt vna res aliter.et alr:qd tñ alr.et alr non fabricat ab intellectu.s3 illũ pcedit Sicut .n. ens.ita et distinctio ois est realis.vel rõnis.s3 distinctio rõnis aliqñ orit ab intellectu vt q̃ est penes modos cõcipiẽdi cõfuse.vel distincte.aut modo fieri.ac quietis.vel pcreti et abstrati.et hmõi:qui sunt modi grãmaticales: aliqñ vero orit ex natura rei.vt ea que ẽ formaliũ obiectorũ:q2 eadẽ res hẽt q intellectũ pluribus modis moueat q̃ alia:pp qd est plura modaliter siue pceptibilr.pluralitate puenieẽte actũ intellect°.que pluralitas nõ est aliquid positiuũ in re. sicut nec multitudo. nec numerus.hec ex illo. Ad intellectu3 et huius

q̃ dñr a sco.di.8 q.5.

opinionis faciunt dicta sup:a.di.2.q.4. vbi agebatur de distinctione inter essentias. & pprietatem.

ptra p°. aguit doctoz. ¶ Primo aūt arguo cōtra istā positionez i eo φ talē distinctionē ponit inter attributa: & ante oia accipio tanq̄ fundamentū oium vnā ppositionē verissimā.s.sapia que est in deo.vel sapiētia dicta de deo:seu sapia diui na formaliter ē vera res:seu formaliter dicit

pria rō veram rez:ēt perfectionē.Qd p3 primo.Nā iste ideo eā ponit manere in deo q: b3 suam rōnem formalē dicit pfectionez simpliciter: ita φ non dicat perfectionē simpliciter rōne realitatis:alioquin omnis res que esset sapia etiā creata.& accidentalis diceret pfectionem simpliciter.& esset in deo.vñ hic in prima ra tiōe quā 2° loco adducit ptra secundā opinio nē dicit φ veritas formaliter est pfectio sim/

2da rō pliciter & similiter bonitas &c.¶ 2°.Nā aliter maioz eēt distinctio sapie ab essentia que est vera res formaliter q̄ patris.a filio quoruz vtrūq; est vera res:q: qd nō est vera res ma gis distinguit ab oi re q̄ quecūq; res ab alia

3.ratio. ¶ 3°.Nā aliter sapia increata nō esset forma/ liter ita verū ens.& pfectū.sicut sapia creata. que dicit formaliter verā rē.cū3 in sua rōne formali dicat qualitatē pdicamētalē sibi su

4.ratio periorē.¶ 4°.q: oia ista b3 istū sunt formalr infinita:infinitas aūt b3 eundē repugnat cui libet qd nō est pfectio simpliciter:vt hic p3.

¶ Tunc principaliter arguo primo.sic. Ois distinctio diuinoꝝ attributoꝝ est realis. vel rōis tm̄.vel media.siue alia a predictis:vt p se manifestū est. Sed ista quā ponit iste qua/ litercūq; nomineē.q: de noibus nō est curan dū.nō pōt esse distinctio realis.Nā oia realr distincta p° oportet esse diuersas res. aut rea litates:q: sicut se habet indistinctio ad vnu3. ita distinctio ad plura:indistincta autez rea/ liter sunt vna res:& pñr distincta realiter sūt distincte res.aut realitates.& 2° op3 φ vnum nō sit aliud:q: hoc est hoc.significat vnitatē pdicati cū subiecto:hoc aūt nō est hoc. dicet tiratem:que aūt distinguūt realiter non sunt vna realitas.s3 distincta.vt pbatum est:ista

autem nō sunt distincte res.& vnū est aliud.

¶ Si dicatur φ iustitia dei est sapientia rea liter:s3 tñ formaliter iustitia nō est formalr sapientia.¶ Contra q: illud quo quis est for/ maliter sapiens est formalitas sapiētie.sicut quo quis est formaliter albus est formalitas albedinis:sed b3 augustinū deus eo est sapiēs quo est iustus:& sic formalitas iustitie est for malitas sapiētie:& pñr ista sunt idē formalr. Euasio ipugna tio.

¶ Si dicaf φ iste formalitates sunt ide3 rea liter. vel idēptice nō aūt formaliter¶ Contra primo. Na3 si formalitas sapie.& iustitie est vna realiter.sapia.& iustitia habēt vnā for/ malitatē realiter.Ergo realiter sunt formalr idē.Ergo ante oēs intellectus sunt formalr idem.q: b3 istū in p°.di.prima.q.prima. sūt idem realiter que sunt idē ante oē opus intel lectus.Ergo nō distinguūt formaliter.nisi p opus intellectus.Nō ergo ex natura rei.¶ 2°. Euasio Impu. pria rō

2da rō Nā ptra hoc φ df idemptice.ide3 arguitur multipliciter in hac qōne 3° loco.¶ 3°.Nā dif ferre formaliter.est differre in formalitatib° 3.ratio sicut differre essentialiter est differre in essen/ tijs.& psonaliter in personis:& realiter in rea litatib°.Ergo si formalitates differūt forma litatū erunt formalitates in infinitu3:vel erit deuenire ad aliquas formaliter nō differētes & pari rōne standū erat in primis:¶ 4°.na3 si 4.ratio iste formalitates sunt vnū idēptice sunt vnu3 formaliter:q: vt patet.5.metħ.vnitas idēpti tex.cō.° 12. tatis est maxima.& sic est vnitas realis.& for malis simul.¶ 5°.Nā sapia est formaliter for 5.ratio malitas sapie:alioqn hēret aliquā formalita tē qua differret a sua formalitate:cui.vl esset idē formaliter. vel iretur i infinitū: & pari ra tiōe iustitia ē formalr sua formalitas.Tunc sic.Quecūq; eidē rei sūt idē realiter.& forma liter sunt inter se idē formaliter. vt p3.q: s m istū tāta est vnitas extremoꝝ inuicē quāta i medio.S3 iste due formalitates sunt forma/ liter idē vni rei.s.iustitie.& sapie:que vna est &c.¶ Si aūt dicaf aliter φ ista distinctio est Euasio realis nō q: sit reꝝ:aut realitatū. s3 q: oritr a natura rei. Cōtra. Nā si oritur a natura rei ipugna aut est hoc effectiue.aut formaliter: q: aliud tio.

modus fingi nõ potest. Si effectiue: igr opo3
tet dare i re aliqd quo illa distinctio habeat
esse formaliter alioqn causa effectiua eius eēt
sine effectu: ꝛ sic adhuc op3 ponere diuersas
realitates quib⁹ ista formaliter ꝛ realiter dif
ferant. Si vero formaliter igr oportet dare
diuersas realitates qbus extrema isti⁹ distin
ctionis realiter distinguanť ꝛ sic idē qđ p:i⁹
Euasio ¶ Si aūt dicať ꝙ ideo dicit realis q: puenit
ipugnatio. actū intellectus. ¶ Cōtra arguo vt s: q: si df
realis sic op3 ibi esse diuersas res. aut realita
tes. Non pōt ēt dici ista distinctio media in/
ter realē. ꝛ rōnis. Nā ois distinctio est b3 rō/
nē in aīa tm: vel est b3 rē extra intellectu3: q: si
esset media inter istas. passio excederet subu3
suū: q: ens cuius. s. passio ē vnū. ꝛ multa di/
stinctū. ꝛ indistinctū diuidiť p ens in aīa siue
ens rōnis tm. ꝛ extra aīa3 siue reale. nec dať
Euasio mediū. Ergo relinquiť ꝙ ista distinctio sit ra
tiōis tm. vel nihil sit. ¶ Si aūt ad argumētū
impugnatio. aliter dicať ꝙ ista distinctio nō est distinctio
ꝑpzie. s3 n̄ idēptitas. ¶ Cōtra hoc argueť sta
ꝯtra 2ᵐ. tim arguēdo cōtra secūdū dictū istius qđ re/
citabitur. ¶ 2ᵒ principaliť Arguo Qñcūqꝫ in
pricipaliter arguit doctor. diuinis absolutis ex pte rei aliqd est idē om/
nib⁹ modis cū alio. i. re ꝛ rōne qcqd ex par/
te rei dť de vno dť ēt de alio: q: ista est regu/
p:ia rō la huius doctoris. Sed formalis rō sapie. ꝛ
formalis rō illius rei quā sapia formaliter di
cit. ex pte rei sunt oīo idē. i. re. ꝛ rōne: qđ p3
p:imo q: alioquin eadē res formalť sumpta
Scđa rō hēret duas formales rōnes. s. rōnem sapie. ꝛ
rōnē rei q̄ formaliter significať p sapia3. ¶ 2ᵒ
q: illa nō distinguť formaliter quoꝝ vnu3
negari nō pōt ab alio cū nota importāte for
malitatē. i. cū reduplicationē vt in ꝑposito:
q: nō vere dť formalitas sapie diuine inquā
tū formalitas sapie diuine nō est formalitas
illius rei quā sapia dicit: q: formalitas sapie
diuine in quātū talis formalitas est formalť
sapia diuina: alioqn i sapia esset alia forma/
litas p quā formaliter distingueret a sua for
malitate. ꝛ eadē rōne res sapientie ē sua for/
malitas formaliter. ꝛ ꝯñr iste formalitates
sunt formaliter vna. ¶ 3ᵒ. Nam quecūqꝫ sunt 3. ratio
idēptice vnū sunt vnū. realiter. ꝛ formaliter:
ex. 5ᵒ. metb. tex. co. 12. q: vt dictū est inter mo/
dos vnitatis idēptitas tenet p:incipatū. Er/
go quecūqꝫ dicunť de re sapie dicunť de ei⁹
formalitate. ꝛ e ꝯᵒ loquēdo ex pte rei. Ergo
si a iusticia. vel eius formalitate distinguitur
formalitas sapie. distinguiť ēt ipsa res sapie
ꝛ si illa rō nō est ratio iusticie ēt illa res non
erit illa ratio ꝙ ipse negat: ꝛ si distincte sunt
horum formalitates distincte sunt ꝛ realita
tes. ¶ Si dicať ad hoc. ꝙ sapientia increata Euasio
dicit formaliter rē aliquā in cōi s3 nō rē hāc.
¶ Cōtra p:imo. Na3 sicut homo in cōi dicit ipugnatio.
formaliter animal in cōi. ita hic homo dicit.
ꝛ includit formaliter hoc aial: ꝛ ꝯñr l3 sapia p:ia rō.
in cōi accepta nō. includat nisi rem in cōi. tñ
hec. i. increata includit hanc rē. vel illa3. ¶ 2ᵒ. Scđa rō
Nā si sapientia increata nō includeret forma
liter nisi rem in cōi: cū in isto cōi non distin/
guať a sapia creata sequiť ꝙ ab illa non di/
stinguať re aliqua. ¶ Si dicať ꝙ dicendo sa Euasio
pientia hec. dico duo. s. sapiētiā. ꝛ hecheitatē
idest significationē que dicit verā rē. ꝛ hanc
formaliter. ideoqꝫ sapia hec dicit verā rē for
maliter rōne hecheitatis. ꝛ hāc rē: nō aūt ra
tione eius ꝙ dico sapiētiā. ¶ Cōtra Cum. n. ipugnatio.
iste loquitur de distinctione attributorum.
vel intendit loqui de eis solum in communi.
vel vt sunt hec. idest in deo distincta a creatu
ris. Si p:imum nihil facit ad questionis dif
ficultatem que non est de sapientia in commu/
ni sed de sapientia hac: nec facit aliquid ad
ponendum aliquam distinctionem in deo:
quia ꝙ sapientia in comuni non sit iustitia i
comuni hoc patet etiam ex parte creature:
vnde oportet necessario ꝙ fm intellectum su
um loquatur de sapiētia hac prout scilicet ē
in deo. ꝛ prout distinguitur a sapientia crea
ta que non est comunis. quod etiam patet:
quia dicit sapientia est infinita formaliter
ideoqꝫ est idem iustitie. quod de sapientia
in comuni non est verum sed solum de hac:
ꝛ consequenter hec secundum eum non

est formaliter hec iustitia. vñ nisi poneret aliquid hoc signatum vt hoc esse formalr distinctũ ab illo vt illud: nihil esset quod dicit mota qõne: quia qđ non est de sapiẽtia i cõi s; de hac vt hec. ¶ 5°. principaliter. Nã quecũq; sunt formaliter aliqd. ⁊ nõ aliud nõ sunt formaliter distincta: q: sunt formalr idẽ. Sed sapiẽtia est formalr aliqd. i. hec res puta sapia vel q̃litercũq; noief. ⁊ nõ est aliud. ⁊ similr iustitia est formalr illa res ⁊ nõ ẽ aliud. ergo sapiẽtia. ⁊ iustitia nõ sũt formalr distincta.

5°. pricipalr instat doctor.

¶ Si dicaf q̃ sapia dicit formalr hanc rẽ. ⁊ aliqd aliud. ¶ Cõtra. q: formalr diceret duo que cũ sint distincta formalr dicent duas formales rõnes. De illis aũt duab° rõnibus argui põt eodẽ modo sicut de iustitia. ⁊ sapia argutũ est: ⁊ ꝯñr. vel ꝓcederef in infinitũ in rõnibus formalib° inclusis in sapia. vel ille si distingunf formalr: ⁊ sic erit vna formalis ratio illius rei. ⁊ illius ali° qđ dr sapia significare formaliter. ¶ 4°. vbicũq; aliq̃ p aliqua formalr distingunf op; reductionẽ fieri i aliqua se totis distincta: ⁊ in nullo formalr ꝯueniẽtia: q: quero de illis p que ista formalr distingunf. an se totis formalr distinguanf. ⁊ hr propositũ: vel nõ se totis: ⁊ sic querẽdo. vr ibif in infinitũ. vel aliqñ hẽbif intentũ. Tũc sic. Si sapia. ⁊ iustitia icreata formaliter distingunf op; necessario in eodẽ supposito diuino eẽ duo se totis distincta formalr: vt patet ex dictis. Sed ꝯñs est impossibile. ¶ Pˢo q: in eo essent duo plus distincta q̃ duo supposita. que nõ distingunf formalr se totis cũ in essentia cõueniãt. ¶ 2° q: qualibet formalitas esset aliq̃ res formalr vt in principio probatũ est. ⁊ si nõ est alia: Ergo qualibet est formaliter eadẽ. ⁊ ꝯñr qualibet ꝯuenit cum alia formaliter i aliquo. ⁊ ꝯñr nõ distingunf se totis. ¶ 5°. principaliter. Nã si sapia formalr distinguif a pfectione formaliter dicit impfectionẽ. vel nõ pfectionẽ: q: distingui a pfectione ĩportat negationẽ pfectiõis. S; hoc est falsum: q: si dicaf vex. sequif q̃ sapia nõ sit pfectio b; se totã. s; b; aliqd sui nõ sit pfectio. ex quo sequif p°. q̃ sapiẽtia importet duo distin

Euasio ipugnatio.

4°. principalr instat.

5°. principalr instat.

cta formaliter: ⁊ ita diuidef q̃si in duas formales rõnes. ⁊ erit processus in ifinitũ vt argutu; est. ¶ 2°. q̃ p hoc nõ soluif argumentũ: q: accipio illud aliqd qđ dicit pcise pfectionẽ attributalẽ: ⁊ illud b; hoc non distinguif formaliter a perfectiõe: alioqn diceret aliqd aliud q̃ perfectionẽ sicut argutu; est. ¶ 6° nã accepta illa re quã iustitia. ⁊ sapia dicit. quero vtr̃ ex pte rei habeat tm̃ vnã formalẽ rationẽ sibi adequatã. vel nõ. Si nõ hẽt vnam tm̃. Ergo vna res hẽbit duas: vel plures rõnes adeq̃tas. Si aũt habet vnã tm̃. aut rõ sapiẽtie est illi rei adequata quantũ est ex parte rei aut nõ. Si sic: igf eadẽ rõne ⁊ rõ iusticie: ⁊ ꝯñr sapiẽtia. ⁊ iusticia nõ habebũt rationes distinctas ex pte rei: vel vna res hẽbit plures rõnes adequatas qđ est impossibile. Si nõ ꝯtra p°: q: eadẽ rõe nec rõ iustitie erit ei adequata nec rõ bonitatis ⁊ sic de aliis: q: eq̃liter oĩ talis rõ ẽ ⁊ formalr ifinita b; istđ. ¶ 2°. q: ex pte rei si rõ sapie nõ est illi rei adeq̃ta. aut excedet illã rẽ: ⁊ ꝯñr ex parte aliq̃ nõ erit illa res: aut excedef ab ea: ⁊ sic illa res ex pte aliqua nõ erit sapiẽs. ⁊ eodem modo ex pte aliq̃ nõ erit iusta. nec bona. ⁊ sic đ aliis attributis: ⁊ ꝯñr diuina essentia nõ erit sapiẽs b; se totã. nec iusta. nec bona. ⁊c̃. ¶ 7°. Nã accipio pcise illđ quo sapiẽtia. ⁊ iusticia distingunf formalr ⁊ illud ex pte sapie sit. a. Quero igf vtr̃. a. sit formaliter res aut nõ. si sic: ergo sapiẽtia in quantũ distinguif a iusticia est vera res. ⁊ ꝯñr est res a iusticia distincta: Si ꝟo nõ: ergo cũ. a. sit i deo. aliqđ positiuũ absolutum est in deo quod non distinguitur a creatura realiter. idest sicut alia res: quod ẽ absurdum: Item sequitur q̃. a. non sit infinitum si non est res: ⁊ consequenter sapientia non est formaliter infinita: quia non est infinita per. a. quod est sua ratio formalis. ¶ 8°. sicut essentiale se habet ad essentiam ⁊ essentialiter ad essentiale. ita se habet formale ad forma; ⁊ formaliter ad formale. Sed nihil est alicui essentiale nihil per essentia;: nec ẽt ꝯuenit alicui aliqd essentialr nisi p essẽtiã. Ergo nihil ẽ alicui formale nisi p formam.

6°. principalr instat.

7°. pricipalr instat.

8°. pricipalr instat.

nec alicui cōpetit aliqd formaliter nisi p for/
mā. Ergo si sapiētia ab aliquo distinguitur
formaliter erit p suā formā: ꝛ ꝯñr p formam
que est in deo distinguet vnū attributum ab
alio. ꝛ ꝯñr p essentiā cū in deo nō sit alia for
ma. ꝛ ꝯñr per rem. ꝛ realiter qđ iste negat.
9. prici palis in/stat. ¶ 9°. Omnia absoluta in deo trāseuntiā i re/
alē idēptitatē cū diuina essētia. transeunt ēt i
formalē. Sꝫ omnia diuina attributa sūt hu
iusmodi ēt ꝭꝫ istū. Ergo oia sunt formaliter
idē essentie diuine. pꝫ aūt maior: qꝛ cā illius
realis trāsitus. vel est p° infinita pfectio ipoꝝ
attributoꝝ: vel 2° est pfectio ipsius essentie: vel
3° est pfectio vtriusqꝫ: vel 4° est diuina simpli
citas. ¶ Si primū: igif multo magis transi/
būt i idēptitatē cū illa ꝭꝫ suas formalitates:
qꝛ ꝭꝫ illas importāt perfectionē eque. vel ma
gis qꝫ ꝭꝫ suas realitates. cuꝫ ergo iste ea po/
nat in deo manere formaliter: qꝛ ꝭꝫ suas for/
malitates importāt pfectionē simpliciter ita
ꝙ nō dicunt pfectione simpliciter rōne reali
tatis. aliogn: vt dictū est: ois res que est sapiē
tia esset pfectio simpliciter ēt creata sꝫ cā im
portat rōne formalitatis. ¶ Si sm: qꝛ. s. essen
tia eo ꝙ sit pfecta simpliciter continet vnite
oēꝫ realitatē attributoꝝ sequif idē. qꝛ magis
vel equaliter formalitas essentie ꝯtinebit vni
te oēs rōnes attributoꝝ: qꝛ nō est minus pfe/
cta ꝭꝫ suā formalitatē. qꝫ sm realitateꝫ imo
iste haberet dicere ꝙ e ꝯ° est. si fieri posset cō/
paratio. sicut de attributis dictū est. ¶ Si ve
ro def tertiū: sequif idē eisdeꝫ rōnibus. ¶ Si
aūt def quartū: similiter idē sequif: qꝛ diuia
simplicitas ꝓuenit ex infinita. ꝛ illuminata
diuina pfectiōe. Si dicaf ꝙ attributa ꝭꝫ suā
formalitatē nō importāt pfectionē maioreꝫ.
vel minorē. sꝫ eandē in numero: sequif ideꝫ:
qꝛ pari rōne transibūt in idēptitatem. vel sta
bunt in distinctiōe ꝭꝫ realitatē. ꝛ ꝭꝫ formali
10. istat ꝛ prici/paliter. tatē. ¶ 10. Illā quecūqꝫ pfectiones substantie
create hēnt eandē distantiā ꝭꝫ realitatē. ꝛ ꝭꝫ
formalitatē ad substantiā creatā. ꝛ ad inuicē
ille vt sunt in deo equaliter trāseunt in idēpti
tatē substātie diuine. ꝛ ad inuicē quatum ad
suā realitatē. ꝛ quātuꝫ ad suā formalitateꝫ:
quia posita eadē causa debet poni idē effec/
tus: cā autē transitus ꝭꝫ realitatem est subla/
tio substātie que erat realitatē ad substātiā.
ꝛ ad inuicē: que sublatio necessario est infor
malitatibus si est in realitatibus ꝛ est eadem
distantia vtrorūqꝫ: alioquin eadē distantia
staret. ꝛ nō staret. ¶ Itē si staret quātū ad for ꝯfirma°
malitates faceret eas tm̄ differre quātū ꝛ rea
litates in quibus faciebat diuersitatē realeꝫ.
sine pluriū reꝝ. ꝛ sic formalitates essent plu/
res res. Sed oia diuina attributa reperta in
creaturis sunt hmōi. i. habēt ꝭꝫ realitateꝫ. ꝛ
formalitatē eandē distantiā ad substātiaꝫ in
qua sunt. ꝛ ad inuicē: qꝛ ois distātia. vel distin
ctio pfectionū creataꝝ est p viam spālis op/
positionis. i. cōtrarietatis vt qꝛ sunt ꝯtrarie:
vel p viā simplicis negationis. vt qꝛ sunt di/
sperate: ꝛ vna de alia negaf quomodo ēt a
subiecto distinguunf: Cōstat aūt eandē esse ꝯ
trarietatē duaꝝ pfectionū. vel formaꝝ ꝭꝫ suā
realitatē. ꝛ formalitatē: puta albedinis. ꝛ ni
gredinis ꝛ ꝯñr eadē est eaꝝ distātia: ꝛ forme
disperate eodē modo sunt disperate quātuꝫ
ad realitatē. ꝛ formalitatē. puta sapientia. ꝛ
iustitia. ꝛ eadē est negatio qua iustitia nega
tur esse sapiētia. vel subiectū suū quantuꝫ ad
suā realitatē. ꝛ formalitatē: ꝛ ꝯñr eadē est ea
rū distātia quātum ad vtrūqꝫ. Ergo ꝛc.
¶ 11°. Omne obiectū infinitū qđ sub oi sua for 11°. ꝛ pn cipalit i stat.
malitate. ꝛ rōne intelligif per actū qui ē vn°
tm̄ realiter ꝛ formaliter. est obiectū vnū tātū
realiter ꝛ formaliter ita ꝙ in se nō habet ni/
si vnā formalitatē intellectā: ¶ P° qꝛ cū act°
ꝭꝫ obiecta distinguanf nō pōt eē maior vni
tas in actu qꝫ i obiecto: alioquin obiecta for
maliter duo terminare possent actū formalr
vnū: vñ si actus formaliter est vnus obiectuꝫ
esse nō pōt formaliter multiplex. ¶ 2° ēt qꝛ qro
vñ tales actus habēt vnitatē formaliter: ꝙ si
dicaf esse. qꝛ obiectū habet tm̄ vnā formali/
tatē. habeo intentū. ¶ Si vero dicaf ideo eē
qꝛ actus est illimitatus nō solum realiter. sed
ēt formaliter. ita ꝙ sub vna realitate. ꝛ for/
malitate cōtinet realitates. ꝛ formalitates in
finitoꝝ actuū terminabiliū ad tale obiectuꝫ.

pāri rōne ipsum ob3 sub vna realitate.ꝛ for malitate ꝯtinet infinitas realitatēs.ꝛ forma litates infinitoꝝ cognoscibiliū in eo:ꝛ sic erit formaliter vnū. Sed diuina essentia. est ob3 infinitū qd̄ sub oī sua rōne:ꝛ formalitate intelligit̄ p actū qui est vnus tm̄ realiter.ꝛ formaliter.i.p illū quo deus illā intuitiue videt qui ē vn⁹ realiter ꝛ formaliter ꝫ isti⁹ fundamēta: aliogn sapiētia dei eliciēs istū actū n̄ esset vna formalr̄:ꝛ sic de aliis attributis. Er

12.ᵒ principalis: instat. go ꝛc.⸿ 12.ᵒ Si attributa manēt distincta formaliter nō realiter darēt eē distincta formaliter nō realiter:q2 sapiētia dat eē sapiētem formaliter:ꝛ iustitia iustū formaliter. diuersitas aūt cause nō stat cū vnitate effectus: vn̄ esse iustū:ꝛ eē sapiēte3 nō est formaliter esse idē. vt ēt scotiste cōcedūt. S3 ꝯn̄s est falsum: q2 eē diuinū in suo formali:ꝛ qditatiuo intellectu aut includit eē cuiuslibet attributi : aut nō:ꝛ si sic hr̄ ꝓpositū.s.ꝙ eē cuiuslibet attributi sit indistinctū a diuino eē:nō solum realiter.s3 ēt formalr̄:ꝛ ꝯn̄r oib⁹ attributis formalr̄ rn̄det vnū eē diuinū essentie.ꝛ ita non debūt diuersa eē formalr̄:si ꝟo nō. ergo esse dei p intellectū abstrahi pōt ab eē cuiuslibet attributi:ꝛ sic eē dei ꝫ suā formalē rōnē cōprehensiuā eē inquātū esse nō icludit oē eē:ꝛ ꝯn̄r nō est ifinitū:sicut sapiētia nō icludēs totū qd̄ ptinet ad sapiētiā nō est ifinita sapia.

13.ᵒ principalis: instat. Ergo ꝛc.⸿ 13.ᵒ Quicqd pfectissime conuenit cuilibet attributo in cōcreto sumpto.a.nullo attributo distinguit̄ ēt formalr̄: q2 iste i suis reportā.parisieñ.li.ᵒ p.ᵒ di.35.q.1.arᵒ.4. Gregorio teste:dicit expresse ꝙ vita itellectualis seu itellectualitas est de p se qditate:ꝛ.formali rōe essētie diuine:ꝛ ꝓbat p hoc:q2 qd̄ pōt idē esse alicui nō ē pfectissime i illo nisi sit de rōe qditatiua ei⁹. S3 qd̄lib3 attributū ꝯuenit cuilibet attributo i cōcreto sumpto:q2 sapiēs diuini⁹ est iustitia ꝛ bonitas ꝛc.ꝛ iust⁹ est sapiētia ꝛ bonitas ꝛc.ꝛ qd̄libet cuilibet ꝯuenit pfectissime:aliogn posset alteri ꝯuenire

14.ᵒ istat ꝛ pncipaliter. pfectius.ꝛ ꝯn̄r nō oia essent ibi sūme vnū. Ergo ꝛc.⸿ 14.ᵒ Quecūqꝫ ꝑdicant̄ de se inuice3 in absoluto p se pfcitate pmi modi:n̄ distinguunt̄ formalr̄:q2 vnū est de formali ꝛ qditatiua rōne alteri⁹. S3 qd̄libet attributū ꝑdicatur de quolibet in abstracto:q2 fm̄ eū ista est vera:iustitia dei est sapiētia dei.ꝛ sic de aliis ꝛ qd̄libet ꝑdicat̄ de quolibet p se pᵒ modo:q2 ipse.di.45.eiusdē repor.in rn̄sione ad sc̄da3. q.dicit ꝙ nunqꝫ ꝑdicatio in absoluto ē vera nisi sit in pᵒ modo p se:ꝛ ꝯn̄r ꝫ eū qditatiua ꝛ ꝯn̄r.vel ꝑdicte nō sunt vere.vel sunt in pᵒo modo p seitate. Ergo ꝛc.⸿ 15ᵒ aut iustitia.ꝛ sapiētia distingunt̄ se totis pᵒ:aut nō se totis pᵒ.si distingunt̄ vt dicit. Si se totis pᵒ: Ergo p istū.26.di.cōtra.ꝓpositiuu3 sunt pᵒ diuersa ꝛ nō aliqd̄ idē entia:q2 ibi de psonis arguēs ipse facit istā ꝯsequētiā factā:ꝛ ꝯn̄r ꝙ i se cōprehēdit sapia3.ꝛ iustitiā non esset simplex: q2 nō est simplex ꝙ icludit plura quoꝝ vnu3 nō est alteꝝ. Nec sunt aliqd idē qd̄ sit singulū coꝝ:aliogn oē ꝯpositū posset dici simplex. ⸿ Si ꝟo nō distingunt̄ se totis pᵒ.ꝛ tn̄ distingunt̄ ergo ꝫ argumētatione3 eius sapiētia aliquo sui est idē iustitie:ꝛ aliquo sui distinguit̄:ꝛ iuxta modū loquēdi aliquoꝝ scotistarum dr̄ ꝙ est eadē sua realitate:ꝛ distinguit̄ ꝓpria formalitate. Quero aūt de formalitate que ponit̄ distincta a realitate an se tota pᵒ distinguat̄ a sua realitate:ꝛ tunc sapiētia nō erit in se simplex.an aliquo sui tm̄:ꝛ aliqᵒ nō:ꝛ erit ꝓcedere in ifinitū i formalitatibus formalitatū. Nec pōt dicere ꝙ sapiētia se tota pᵒ sit realr̄ eadē.ꝛ se tota pᵒ distincta formaliter:q2 sic ei diceret ꝓpositiuus ꝙ vna psona se tota pᵒ eadē est alteri essentialr̄ ꝛ se tota pᵒ ab ea ē distincta psonalr̄.ꝛ n̄ cōcludet iste ꝯtra illū pluralitatē aliquā itrinsecā i psona vt intēdit.⸿ Ad hāc rōnē cōsueuit rn̄deri dupliciter ꝛ vtraqꝫ rn̄sio habetur ab isto.di.5. q.vltima.ꝛ.di.8.q.4.s3 vtraqꝫ sit inualida

15.ᵒ principalis: instat. rn̄siōes scoti.

prima. Prima.nā ois pluralitas facit ꝯpositionem s3 illoꝝ tm̄ quorum vnum est potētiale.respectu alterius:qd̄ nō est in ꝓposito. vbi quelibet formalitas est sūme actualitatis.⸿ Secūda

secūda. Compositio vitat̄.ꝛ saluat̄ simplicitas vbi formalitates hñt sūmā.ꝛ pfectā idēptitatem inter se vt vbi sunt infinite.⸿ S3 ꝯtra

istantia ɔtra p/ mam. primã. Nam cũ p illã vitet cõpositio sim/plicitas tñ nõ saluat: vt pbatum est. & probatur: qr continens plura tantominus e sim/plex quanto illa minus faciunt vnũ: sicut vbi quodlibet est actu. & nihil in potentia ad ali/ud minus faciunt vnũ. q̃z vbi vnũ est in potẽ tia ad aliud: sicut minus est vnitas solius ag/gregationis. q̃z vere cõpositionis vt etiã ipse

istantia ɔtra se/cundã fatet: di. 2. q. vltima. ¶ Cõtra secũdam etiã. Nã aut illa infinitas pmittit secum aliã di/stinctionẽ: vel pluralitatem taliũ formalita/tũ: aut non. ¶ Si pmũ. tunc nõ saluat sim/plicitas vt pʒ ex dictis: & probatur ex dictis eius: qr ponit q̃ realitas generis: & realitas differentie in specie nõ composita ex diuersis rebus qualis est albedo. aliquo modo cõpo/nunt ad inuicem & illa species aliquo modo cõposita: quo modo hʒ cum repugnat sũme simplici esse cõpositũ: & tñ sm esse distinctio generis. & differẽtie est tñ formalis. vt patet di. 2. q. vltima & d g. in illa qõne vtrũ deus sit in gener. ¶ Si vero det secũdũ. ego habeo intentũ q̃ ibi nõ sunt plures formalitates.

16. istat pricipaliter. ¶ 16. Nã hʒ istã positionẽ sequit q̃ sapientia nõ sit sũme simplex sʒ sit aliqd ea simplicius qr ista est verior scilicet simplicitas quã iste scilicet ponit attributũ distinctũ est simplex q̃z ista sapientia est simplex: qr maior ẽ ibi idẽptitas inter subʒ. & pdicatũ cũ sit ibi idẽ/ptitas idẽptica. & formalis simul hic vo idẽ ptica solũ. ¶ ed pñs est ɔtra eũ. & ɔtra vitatẽ

17. principalis instat. ¶ 17. Omnis ppositio diuine simplicitati repugnãs est falsa. Sʒ ista est hmõi: qr si ei ñ repugnat est propter vnum ex quinqȝ hʒ sco/tistarum euasiones. ¶ Primo qr ista distinc/tio nõ est distinctio sʒ non idẽptitas. ¶ 2° qr sic distincta sunt simpliciter vnũ. & hʒ quid multa: relato hʒ quid ad distinctionẽ nõ ad distincta. ¶ 3° qr ista distinctio nõ debet referri ad extrema distinctionis. sʒ ad distincta. ¶ 4° qr per istam distinctionẽ nihil intelligitur nisi eadem res aliter. & aliter se habẽs ex natura rei. ¶ 5° qr in eadẽ re poni possunt plures for/malitates. i. qditates ad rem addentes preci se quiditatiuã rõnem: nõ est aũt quin ei repu

gnet aliqð hoꝝ lʒ iuxta hec scotiste excogi/tent qnqȝ vias euadendi: & hoc diffuse probo discurrendo p singula. ¶ Quãtũ ad primã viã aut verius fugã sciendũ est. q̃ qr scotus de ista distinctiõe ex natura rei varie loquitur est. aliqñ nominãs eã distinctionẽ virtualẽ: aliquãdo distinctionẽ hʒ qd: aliqñ nõ idẽpti tatẽ formalem: aliqui sectatores eius dixerũt nõ fuisse intentiõis eius ponere i deo aliquã multitudinẽ formalitatũ: aut rõnũ qditati/uarum extra animã ex natura rei distinctaꝝ sʒ tñ negare vnã predicari de alia formalit vt sic. li formaliter sit potius determinatio ɔ positionis in ppositiõe q̃z extremoꝝ. & sincha thegorema qðdã: dicẽtes q̃ arguẽtes cõtra eũ in p° sensu pcedũt ex ignorãtia intentiõis eius. ¶ Sʒ cõtra istã fugã arguo ex dictis. & fundamẽtis. istius. q̃ opʒ eũ ponere multitu dinẽ formalitatũ. vel entiatum in deo ex rei natura distinctaꝝ. ¶ Et arguo p° sic ex vbis eius. Nã hic dicit q̃ ista nõ idẽptitas forma lis stat cũ simplicitate dei: qr hanc differẽtiã necesse est ponẽr inter essentiã. & proprietatẽ. sicut supra. di. 2. q. vltima ostẽsũ est: & tñ nõ pter hoc ponit cõpositio in psona. & plura ibi subdit ad hoc ppositum significans talẽ esse distinctionẽ istã formalẽ qualem dicit se ostẽdisse esse inter pprietatẽ. & essentiã in per sona. Qualis aũt sit illa. sm ipsum patet ex verbis ei°. di. 2. q. prima ad quã remittit vbi dicit q̃ aliqua est distinctio ante actũ intel lectus inter hanc. & illam entitatẽ. i. essentiã. & proprietatem. & di. 26. contra prepositiuũ dicit q̃ persona includit aliqua quoꝝ vnũ nõ est formaliter alterũ: & q̃ persona distin/guitur vno eoꝝ que includit. & non altero. Et. di. 5. q. vltima dicit q̃ in essentia diuina ante omnem actũ intellectus est entitas. A. & entitas. B. & hec formaliter non est ista. ¶ Secundo. Nam rationes attributoꝝ ta lem habent habitudinem in re ad deita/tem. & inter se. qualem habent obiectiue vt sunt in intellectu: quia intellectus non facit hec. nec ponit in re. sed prout sunt in re an te opus intellectus sic ea intellectus intelligit.

Scoti. starum euasio. & fuga. Not. de pria fuga.

coact° ex dict suis co. ponere distinc/tas for/malita/tes i de ex natu ra rei. pria rõ.

scda rõ

ex capit b3 istd. Sed he rōnes vt sunt in itelle ctu obiectiue nō solum sunt nō eedē. vel non vnu3. sed ēt sunt obiectiue distincte. Ergo si ex natura rei sic existunt in deo oportet q ex natura rei sint distincte. et nō solum nō vnū.

3. ratio. ¶ 3°. Si pfectiones i diuinis nō essent distincte formaliter. s3 solū nō vnū. essent ibi permixte. et cōfuse: q2 vbicunq aliqua nō sunt vnū. et sunt indistincta sunt ibi cōfusa. et pmixta. S3 b3 sco. pfectiones i deo nec pmixte sunt. nec cōfuse. Ergo sunt distincte.

4. ratio ¶ 4° vbicūq aliqua sunt actus. vel in actu et habēt differētiam nō vnitatē: ibi sunt distincta. q2 act° distinguit. et diffinitio est principiū distinctōis cū habeat claudere. et finire. S3 b3 istū perfectiones i diuinis sunt actu et formaliter. et habent ex natura rei diffinitiuā nō vnitatē. Ergo idē.

5. ratio ¶ 5°. Quecūq habent vnitatē secundi modi p se et nō pmi habēt aliqua3 distinctionē: q2 propria passio et si itelligi nō possit sine pprio subiecto. pōt tñ intelligi subiectu3 sine ea et passiones sine inuicem. S3 b3 istū attributa et essentia i diuinis habēt vnitate3 secūdi modi p se et nō pmi. Ergo et c.

6. ratio ¶ 6° nā oium oppositoꝝ priuatiue semp alterū est in subiecto apto nato: q2 priuatio in idiuisibili ɔsistit: sicut et quelibet negatio: nō aūt cōtrariū. Sed vnū. et multa opponunt priuatiue. x.

tex. co. 2 metha. Ergo quecūq sunt nō vnū sunt multa.

Not. ð secūda. fuga scoti. ¶ Quātū ad secūdā fugā sciendū est q ipsa dicit distincta ex natura rei eē vnū simpliciter. s3 distincta b3 qd. relato h b3 qd ad distinctionē nō ad distincta: aut distinctiua.

istantia ɔtra h°. pria rō ¶ Cōtra arguo q impossibile sit distinctionē eē fm qd quin alteꝝ distinctiuoꝝ3. vel distinctoꝝ sit ens b3 qd. ¶ Primo. Nā ois relatio suscipiens magis. aut minus simpliciter. aut b3 qd suscipit illud rōne fundatoꝝ salte3 alterius solū: vt dicit phs in pdicamētis. et iductiue p3. S3 distinctio est relatio fundata in principijs distinctiuis. et eriīe in distinctis. Ergo nō pōt esse b3 qd nisi alteꝝ distinguentiū sit b3 qd.

Scda' rō ¶ 2° Sicut ens rōnis se hēt ad distinctionē rōnis. ita ens fm qd se habet ad distinctionē b3 qd. maxime b3 scotistas. q hāc appellāt distinctionē rōis ex natura rei. Sed impossibile est aliqua distingui rōne nisi alteꝝ distinctoꝝ sit ens rōnis: vt sor. distinguit ab hoie. qui vt additus sorti est ens rationis: vel vtrūq. vt homo distinguit ab animali: ista. n. minor assumit ab illis: ɔtra eos qui dicūt essentiā. et paternitatē rōne distingui. Ergo in distinctiōe b3 qd oportet alteꝝ. vel vtrūq distinctoꝝ esse b3 qd.

3. ratio ¶ 3°. Tanta est generalitas distinctoꝝ distinctio. quanta entitas distinctiuoꝝ: sicut homo et leo distinguunt substantialiter: q2 rōnale et irrationale sunt subē: albū. aūt. et nigrū qualitatiue. quia albedo. et nigredo sunt qualitates: q2 quanta est p° distinctiuoꝝ entitas tāta est eoꝝ diuersitas. cū ipsa sint p° diuersa vt d. x. meth. tex. co. xi. Sed quelibet diuina pfectio est ens simpliciter nihil habēs qđ sit b3 qd. et diminute. Ergo eaꝝ distinctio nō pōt esse fm qd.

